

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

XXXIII. Patiens injuriam, patiatune volens, annolens?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

nequeunt. Intelligendus igitur hic locus Aristotelis, quo dicit: Si omnia propter aliud optaremus, vana esset nostra appetitio: de βουλῆσι seu appetitu rationali, non de ὀτιθυμῆ (cupiditate) aut θυμῷ (ira). Hæc βέλησις est ὀφεισὶς κατὰ βουλῆς & ἐκ ἀντιβουλεύσεως Aristoteli & Alexandro Aphrodisiensi.

XXXIII.

Patiens injuriam, patiarne volens, an nolens?

Ex 5. Ethicorum.

Distinguitur.

AD hanc quæstionem explicandam opus est distinctione. Ut facere injustum, seu nocere alteri contingit dupliciter. 1. Per se: ut si quis sciens & prudens seu consulto alium contra voluntatem offendit. 2. Per accidens: ut si quis ex ignorantia alium lædit, nesciens, nec existimans se lædere: Sic pati injustum fit dupliciter. 1. Per se: ut si quis scit se offendi. 2. Per accidens: ut si quis ignorat se lædi, vel cupit satisfacere suæ affectioni, quo fit, ut ipsi noceatur. Talis est incontinens, qui ut ὀτιθυμῆν seu libidinem animi sui expleat, volens patitur, seu permittit se exspoliari à meretricula. Nunc igitur strictim ad quæstionem respondeo: Nullus qui per se patitur injustum, patitur volens. Et nemo patitur injuriam volens, nisi per accidens. Non est

est autem inconveniens, eum qui patitur, per accidens pati volentem. Nam, ut consequatur quod vult, eligit etiam perpeſſionē mali.

XXXIII.

An vis anime rationi obtemperans, ut appetens, rectè dicatur rationalis: & an in anima hominis sit ἀλογον?

Negatur.

ARISTOTELES i. Eth. rationalem animi facultatem duas in partes dividit, nempe in imperantem & obsequentē, & appetitū sensuum obsequenti subjicit. Sed certum est, id quod dicitur per se expers esse rationis impropriè dici rationale ex eo, quod rationi obedit, ac infirmum esse argumentū. Hoc sequitur ἡγεμονικὸν seu rationis imperium, consilium, auctoritatem. Ergo est rationale. Nam neq; canis, quamvis adnutum Domini sui se accommodet, neq; equus, quamvis frenis & calcaribus sui sessoris pateat, rationalis dicitur. Idem Aristoteles in Ethicis affectus ait esse ἐν τῇ ἀλόγῳ animæ. Sed nulla, inquit Julius Scaliger, viger apud me ratio, quæ mihi persuadeat animam nostram substantiam immaterialem esse compositam ex duobus actu contrariis, λογικῇ ἢ ἀλόγῳ. Si igitur, objiciat aliquis, nihil in anima nostra est, quod caret ratione, unde tot existunt peccata.

V 3

cata.